

DISPUTATIO

Quinta

EXHIBENS

# QVOSDAM ACQVIRENDI DOMINII DE IVRE CIVILI MODOS, TVM,

Personas, quibus alienandi & acquirendi jus est,  
ostendens ad Libr. 2. Inst. Imp. tit. 6.

7. 8. & 9.

Quam

DEO O. & M. Aduvantes

Ex

*Concessione Magnifica ac Nobilissima Facultatis  
Juridicae in florentiss. Salana.*

PRESIDE

## ELIA AUGUSTINO Suesfler

Francohusano.

ANDREAS SCHWOPIVS Martisburgensis Misnicus.

*Ad diem 9. Aprilis loco & horis consuetis.*

### J E N A E

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI

Anno 1625.



*Viro*

Amplissimo, Consultissimo, Excel-  
lentissimoque

Dn. GEORGIO MYLIO J. U. D. inclutæ Academiæ  
Jenensis Syndico dignissimo, meritissimo, nec  
non Ducalis inibi Curiæ Ad-  
vocato gravissi-  
mo:

Dn. Mæcenati, Fautori & Hospiti suo æternum ho-  
norando, suspiciendoque

U T E T

*Clarissimis & Præcellentissimis*

*Viris:*

Dn. DAVIDI Pfeiffern, Jcto. Practico apud Martis-  
burgenses celeberrimo

Dn. SEBASTIANO ÖSLNERN J. U. C. in patria  
causarum Patrono eximio

*Dominis Patronis & Fautoribus suis  
indefinenter colendis & observandis*

*Disputationem hanc iuridicam, hono-  
ris, commendationis demerendæ, be-  
nivolentiæ ergò dedicatam capis Resp.*

DISPUTATIO V.  
Ad Libri Secundi Inst. Imp. tit. 6. 7. 8. & 9.

Exhibens quosdam acquirendi modos juris civilis,  
tum personas quibus alienandi & acquiren-  
di jus est.

RESPONDENTE

ANDREA SCHWOPIO Martisbur-  
genſi Miſnico.

I.



UC usque habuimus dissertationem de  
modis acquirendi domini juris. sequitur jam,  
ut quosque juris civilis modos intueamur, inter  
hos primum hic locum habet Usucapio, quæ à  
jure civili & supplementi loco, & boni publici  
causa inducta; In supplementum ideo, ut si quis, bona fide  
rem à non domino emerit, ille vero quia Dominus non erat,  
ex Reg. Jur. *l. nemo 54. de R. 7.* plus juris vel domini in emen-  
tem haud potuit transferre, quod nunquam habuit, sed durum  
& iniquum videbatur, ut ille, qui bona fide rem accepit, de-  
fraudaretur, *argum. §. namq. 4. infra. de Actionib.* deinde cum  
bono publico interſit, dominia rerum non esse incerta, neque  
negligentiæ ut dominorum in perpetuum indulgeatur, certum  
tempus à Lege definitum est, quo elapſo emens plenum domi-  
nium rei emte acquirit. *per pr. hic. l. 1. ff. eod. l. 4. C. de præſ. 30. vel  
40. annor.* etenim verus dominus infra tempus definitum rem  
non recuperans à jure præſumitur alienandi animum habuisse  
*ut est in l. alienationis 28. de V. Sig. ibiq. Gædd. n. 9. & 10.* Erat  
autem jure Veteri magna differentia inter Usucapionem &  
Præſcriptionem, discrepabant enim ratione Originis, siue cau-  
sæ Efficientis, 2. Subjecti occupantis, 3. Adjuncti temporis scil.  
4. Effectus, *de quib. late Donell. lib. 5. c. 4. Vult. iur. Rom. lib. 1. n. 1.*  
quam discrepantiam Sustulit Justinian. in *l. unic. C. de Usucapio-  
ne transſ.* illà enim Constitutione longi temporis præſcriptio

in Usucapionem est transformata, ita ut præscriptio non minus sit acquirendi modus, quam Usucapio, *Vult. d. loc. Gilten, de Usucapionib. p. 1. c. 2. n. 25. Don. lib. 5. e. 4.*

### *Ad princ. tit. 6.*

2. Est autem Usucapio sive Præscriptio adjectio seu acquisitio domini per continuationem possessionis, temporis lege definiti, *per pr. hic. l. 3. junctâ l. 35. cum l. 31. §. 1. ff. eod. t. Vult. d. c. 71. Schneid. hic. n. 4. Donell. d. c. 4. & c. 5.* Possessionem hoc in loco intelligimus legitimam ac habilem, Etenim, quamvis semper, ut Usucapio sive Præscriptio procedat, possessionem requiramus, haud sumus contenti, nisi & bona fides, iusta causa vel titulus adsit, & res possessionis sit capax, i. e. ne sit vitiosa, *per §. 1. vel commercio hominum exempta in pr. hic. adde l. 6. C. de ing. man. l. 9. h. t. aliàs Usucapi prohibita, de quib. in subsequ. §. §. enucleandis.*

3. Non inconcinne Usucapio vel Præscriptio pro diversitate temporis à lege definiti, in triennem, quadriennem, decennem, & in Usucapionem Viginti, triginta, quadraginta, centum annorum, & Immemoris temporis, dividi potest, *per princ. hic. l. un. C. de Usucap. transf. tot. tit. C. de quadr. præscript. & tit. C. de 30. & 40. annor. auth. actiones C. de SS. Eccl. Wel. Parat. h. t. Vult. jur. Rom. d. c. 71. lib. 1.*

### *Ad §. 1. & 2.*

4. Ut revertamur ad definitionem quæ si rectè explicabitur, omnia requisita illam in se continere autumo, ut in th. 2. prolatum, quorum quinque alias recensentur 1. Ne Res quæ alienatur, sit vitiosa, vel Usucapi prohibita 2. Ut rem emens credat alienantem esse dominum, 3. Ut causa ad dominium transferendum sit habilis, 4. Ut res tradatur, & 5. Ut possessio ad definitum usque tempus continetur; De primi requisiti exemplo §. 1. & 2. h. t. loquuntur, & certè si res non sint præscriptibiles, i. e. Ut vel Natura, si nimirum nostrum commercium effugiant, vel Lege prohibente Usucapi nequeat, quando sc. quarundam rerum alienatio interdicta, ut fundus dotalis, l. 4.

*l. fundum 12. de fundo tot. res pupilli l. fin. C. de Usucap. pro emt.*  
*l. si comm. 10. quemadmod. serv. amitt. contra hanc n. etatem*  
 Usucapio neque incipere potest, uti nec continuari, *Wes. Par.*  
*h. 1.* aut quando quidem res per se alienabiles, attamen vel in  
 favorem domini ut res fisci, §. *res fisci. 9. hic. bona adventitia,*  
 & similia, *l. 1. §. 2. C. de annat. exc. l. 4. §. fin. C. de bon. qua lib. auth.*  
*nisi C. de bon. matern. vel odio possessorum Usucapi prohibita,*  
 ut res furtivæ & vi possessæ §. 2. *hic. l. 331 §. 2. l. 4. §. 6. h. t.* tunc obti-  
 net regula ubi lex prohibet usucapionem ibi bona fides non  
 prodest *l. 24. d. t.* præsertim res vitiosas, nimirum furtivas ac vi  
 possessas jura nostræ odio habent adeo ut nec illarum rerum  
 fructus & partus ancillæ furtivæ regulariter usucapioni Substi-  
 ci nequeant, *l. sequitur 4. §. de illo ff. h. t. t. l. ancillæ 12. C. de furt. &*  
*serv. corr.* quod tamen cum distinctione accipiendum, ut si  
 prægnans ancilla subrepta, aut apud furem concepit, aut apud  
 furem vel alium bonæ f. possessorem, edatur Partus, furtivus  
 erit, ideo nec usucapi poterit, secus si apud bonæ f. possessorem  
 conceperit *qui vas §. 5. de furr. Don, lib. 5. c. 25. Dn. D. Riemer.*  
*deaa, 5. quest. 5.*

*Ad §. 3. 4. 5. & §. alis quoque  
 modis. 6.*

5. Vitium hoc rebus semper in hærens perpetuoq; rem  
 comitans *l. sciens. 7. C. de Usucap. pro emt. l. vitia. 11. C. de acquir. h.*  
*t. hic.* obstat tam diu usucapioni, donec purgatum fuit, quod  
 contingit si res in potestatem domini redierit §. *aliquando. 8.*  
*hic. l. sequitur 4. §. quod autem ff. h. t. t. Donell. d. lib. 6. cap. 28.* Vitia  
 verò personalia i. e. scientia auctoris de re aliena, successorii  
 particulari non nocent, *l. 8. de divers. & temp. præscript. vitia.*  
 tantummodo duo impediuntia, *hic. in §. 2. & 3. proponuntur,*  
*Schneid. hic. num. 62. Heig. §. sed si aliquando hic. num. 11. Pult. jur.*  
*Rom. lib. 1. c. 71. num. 51.* qua ratione quoque ille, qui non vi quem  
 dejecit, sed vel propter absentiam vel negligentiam domini,  
 possessionem nactus est, illam ad usucapiendam tradere alteri  
 cuidam potest, §. *quod autem hic. modo is qui usucapiendi con-*

ditionem habet, accessione prioris uti nolit l. 5. de divers. & temp. præscr. Vult. d. loc. Don. lib. 5. c. 20.

### Ad §. novissimè & seq.

6. Si verò res talis erit, ut omninò vel non sit vitiosa, vel saltem ita comparata, ut usucapionem non effugiat, requiritur in accipiente bona fides, i. e. ut putet rem esse præscriptibilem, qui enim contra jura mercatur, in mala fide esse censetur, C. qui contra. de Reg. Jur. in 6. Schneid. hic. num. 15. & transferentem habere jus alienandi, in pr. hic. l. 2. C. de long temp. præsc. etenim quamvis aliàs res præscriptibilis, tamen deficiente illa, vix est ut usucapio procedat, quia non infavorem malignantium, sed boni publici usucapio introducta, l. 1. ff. h. t. quid autem si dubitet? Distinguit Fachina. t. cont. 65, quem sequitur Hillig. Donell. inter dubium practicum, si quis dubitat, an rem sine peccato retinere possit, & Speculativum, quando quis dubitat an res sit sua vel aliena, seu an auctor suus, dominus fuerit, per hoc bonæ fidei nihil derogatur, etenim & aliàs hujusmodi dubitans pro ignorante habetur l. fin. C. de Cond. in deb. l. fin. §. 2. ibi fin autem nescius & dubitans, C. de furt. Hillig. lib. 5. cap. 16. lit. a. per illud utriq; Aliàs sufficit de jure civili bonam fidem ab initio adfuisse, & quamvis postmodum mala fides seu scientia rei alienæ subsequatur nihilominus tempus usucapionis currere pergit, & mihi dominum adjicit. l. si is, qui. 15. §. pen. l. just. 44. §. & si poss. h. t. l. cum heres. de div. & temp. præscr. §. diutina 12. hic. In emtionis autem contractu & tempus non modo contractus, sed & traditionis inspicimus. l. si existimans; 3. pro solut. ibiq; Wesemb. in Parat. num. 4. quia in emtione duplex tempus occurrit, quod in aliis titulis sctus est. d. l. 3. pro Solut. Donell. d. lib. 5. cap. 16.

7. Interdum & error usucapioni aut obesse aut prodesse i. e. non obesse solet: distinguendum tamen aut error est in jure aut iu facto, Error juris in persona accipientis nunquam prodest, l. nunquam; 32. h. t. tradens vero in jure errans, ut exemplum est in usufructuario §. item. si 15. hic. usucapiendi conditionem transfert; Error facti, justus scilicet & probabilis, usu.

usucapionem non impedit, modo quis alieni facti probabilem ignorantiam allegare possit, nam uti juris error, sic & sui facti error vix prodest, etenim titulus (qui tertium requisitum constituit) debet esse certus, neque ex opinione falsa pendere, §. error. ii. hic. l. fin. C. pro donat. nisi ut dictum, probabili ex errore se defendere paratus sit, Heig. ad d. §. ii. num. 7. & sed tamen. n. 6. hic. add Don lib. 5. c. 15. Schneid. hic. n. 37. 38. & sep.

8. Titulum autem ignorans nihilominus rectè præscribit, l. 2. §. sub. cond. de usucap. pro emt. ibique Dd. quod longè secus est in eo qui possessionem sibi acquisitam ignorat, etenim in usucapione cum bona fide quoque opus sit is qui se possidere ignorat, bona fide destitutus est, li. e. non credit tradentem esse dominum, Fachinæ. lib. 8. contr. jur. c. 31.

### *Ad §. diutina possessio. & seq.*

9. Possessionem quoque necessariam esse, supra relatum est, quamvis quidem res sit præscriptibilis, ac cum bona fide. habeam justam causam, tamen nisi mihi rei vacua possessio tradatur vix est ut usucapere possim, per princ. & §. hunc nost. hic. l. sine possessione. 25. h. t. vidde Donell. d. lib. 5. c. 6. quare est, ut tantum videatur præscriptum, quantum fuit possessum l. 1. §. si quis, ibiq. Dd. de itin. & alt. priv. Wesemb. Parat. h. t. num. 11. puto tamen talem possessionem, quæ habetur animo domini, uti est civilis, quare illi qui naturaliter tantum & non animo domini rem possident non usucapiunt, sciunt enim illam ad alium pertinere per l. 2. pro hered. l. 1. C. Comm. de usucap. l. justo. 44. §. non mutat. h. t. Heig. ad pr. hic. num. 20. Vult. hic. num. 28. & in jurispr. Rom. c. 71. lib. 1. num. 38.

10. Tandem ultimo loco ut possessio continetur, requiritur, innuit quoq. §. diutina hic. & per pr. h. t. etenim si interrumpatur sive sit civiliter sive naturaliter, ab initio præscriptio incipienda l. naturaliter. 5. h. t. l. 10. C. de acquir. possess. Schneid. hic. num. 55. Wesemb. Parat. h. t. num. 15. Heig. num. 32. hoc. §. continuari vero possessio vel per memet ipsum, vel alius mei temporis accessione uti potest, innuente. h. §. nostro. l. 20. h. t. l. 13. §. 2. de acq. poss.

*pos. l. 1. §. emtoris. 10. pro emt. distinguendum tamen inter*  
*usucapionis seu Præscriptionis initium, si enim ex mala fide,*  
*pendeat, accessione temporis successor uti non poterit, &*  
*Continuantem successorem, qui vel universalis vel singularis;*  
*Ille quamvis accessione temporis malæ fidei possidentis uti nō*  
*velit, tamen propter vitium reale & personale, usucapio non*  
*consumitur per l. fin. C. Comm. usucap. l. vitia. C. de acquir. pos.*  
*Secus est singulari, qui si ab initio incipere velit per l. 5. de di-*  
*vers. & temp. quia dolus venditoris non nocet. l. sad. & 7. §. 11.*  
*de publ. in rem act. deinde in hunc nullum jus usucapiendi tran-*  
*sit, etenim à se ipso impletur usucapio, Donell. lib. 5. cap. 10.*  
*adde Hillig. lit. f. quod heredi applicari nequit, cum defunctus*  
*& ille pro una habeantur persona: Ubi a. initium bonæ fi-*  
*dei innuitur, nihil obstat utrisque successorib. mala ipsorum*  
*fides per §. hunc nostrorum. jure enim civili statum tantum*  
*capta possessionis intuemur, l. un. C. de usucap. transform.*  
*& aliis text.*

### *Ad §. finalem.*

11. Effectus Usucapionis est, ut dominum plenum ad-  
 jiciatur Præscribenti per pr. hic. l. 3. h. t. l. 7. §. fin. pro emt. emt.  
 Donell d. lib. 5. c. 19. Ibiq. Hillig. lit. a. quod & innuit §. nosse,  
 finalis, quamvis in eo singulare jus continetur, quod nimirum  
 quovis modo cum fisco contrahens ab initio statim securus sit,  
 & statim rei acceptæ dominium consequatur sed dominus cu-  
 jus res fuit adversus fiscum habet regressum per quadrienniu,  
 §. fin. hic. l. omnes 2. D. de quadrienn. præscript. hujus juris vero  
 ratio in eo consistit, ut fiscus, proposita hac securitate m-  
 tura, statim in veniat emtorem, neque fides hactæ facile coo-  
 vellatur, l. 8. C. de Remiss. pig. Heig. hic. n. 2.

### *Ad tit. 7. princ.*

12. Alter modus acquirendi de jure Civili est Don-  
 tio, quod innuit §. fin. de usucap. & hab. & col. penult. m. l. ut  
 neq. cum §. fin. hujus tit. tamen indistinctè hoc non dixerim  
 sed



sed potius diversa cōsideratione donationem & juris gentium, argument. §. traditionem 40. supra, de Rer. Div. & juris civilis esse, vide Donell. lib. 5. cap. 2. ibiq; Hilliger. lit. b. Dom. D. Riem. dec. 5. quest. 8. in fin. Non in concinnè autem Donatio ingenere defini potest, quod sit actus, quo res propria, ex liberalitate à volente proficitur, & involentem confertur, post Continuum 1. Disput. 12. Obrecht. Disput. 17. thes. 10. & 18. tradere videtur Dn. D. Riemer. d. loc. Species vero donationis commemorantur tuz: Mortis Causa & inter vivos;

### Ad §. 1.

13. Mortis causa donatio formam suam ex eo accipit, quod semper intuitu mortis fit, §. 1. hic. ff. & C. t. t. de mort. caus. donat. Wesembec. Parat. eod. sive igitur quis, solà cogitatione mortis donat, sive cum quis imminente periculo commotus, ita donat, ut statim accipientis fiat, sive quis periculo motus sic dat, non ut statim fiat accipientis, sed morte secuta, hæc omnes mortis causa donationis species sunt. l. 2. ff. b. t. nisi autem mentio mortis vel facta fuerit, aut periculi instantis, aut tales circumstantia adjectæ fuerint, mortis causa donationem factam esse non censetur, sed magis in dubio inter vivos reputatur. per l. Sejus 42. in fin. Vult. hic. n. 4. Schneid. num. 3. Heig. num. 8. & alij ibidem relati. Hodie mortis causa donationes secundum Imperatorem hinc, ferè per omnia adæquata sunt legatis, i. e. ut ad eundem modum, ut reliquæ ultimæ voluntates, effectum sortiantur, l. fin. C. b. t. subsistunt ergo quamvis non insinuatæ, sed coram 5. testibus factæ per d. l. fin. C. d. t. Schneid. num. 14. Wesembec. Parat. b. t. num. 6. qua ratione quoque propter hanc conjunctionem legatorum & donationum mortis, facile. I. Per penitentiam donatoris, quemadmodum legata, l. si quis 22. de l. 3. revocari possunt in §. 1. hic. deinde redditur irrita donatio mortis causa, si super vixerit donator, i. e. salvus evaserit, & tertio prius moriente donatorio d. §. 1. hic. l. 2. ff. eod. l. 23. & alijs. d. t.

B

Ad

## Ad §. 2.

14. Inter vivos donatio vero adversatur priori, quia hæc non tam facillè revocatur, uti nec omninò legatis æqui paratur, sicque nulla mortis habita mentione, vel contemplatione, sed vivente donatore sortitur effectum, hoc §. unde dicitur datio vel præstatio alienius rei ea mente facta, ut statim accipientis fiat, nullo casu reversura, liberalitatis tantum causa facta, per l. 1. de donat. l. munus. 214. de V. sig. Heig. hic. num. 1. ut igitur hæc perficiatur requiritur imprimis, si summa 500. solidos excedat, ut coram competente iudice actis insinuetur, hoc §. l. 36. l. 35. §. 3. l. 32. C. h. t. quod ad præcavendas fraudes, quæ in immensis donationib. committi soleant, cautum est. Gail. 2. observ. 39. num. 6. aliàs nihil refert si summa tanta non est, an in scriptis vel sine scriptis donatio fiat, §. hoc. nostro.

15. Cæterum quoque liberalitatem hanc exercere omnibus, licitum non est, præsertim quibus non liberrima rerum administratio concessa, quo referri possunt, furiosus, pupillus prodigus. &c. filius f. nisi in bonis castrensibus. Inter Conjuges quoque constante matrimonio hæc donatio pro hibita est, vid. Wesembec. Parat. h. t. uum. 4. Schneid. hic. n. 48. 65. num. 79. Gail. 2. observ. 38. 39. & 40. Möller. 2. Semest. 16. Jure quoque Saxonum bona patrimonialia à nemine, nisi consentiente proximo ex descendantibus. herede, coram iudice competente donari possunt, Landrecht art. 52. lib. 1. Novell. elect. 12. p. 2. Fachs. di. 5. Reinh. p. 1. diff. 1. 1. Heig. hic. n. 29.

## Ad §. sciendum. 3.

16. Quamvis autem hæc donatio, quæ alias simplex appellari solet, ea fiat mente, ut is qui donat, ad se ullo casu reverti nolit. tamen interdum ex accidenti fieri contingit, ut præter spem, obfactum quoddam præsertim Donatarii, revocetur, tenet patet ex tit. C. de revocand. donat. Si igitur donatarius donatori manus impias injecerit, atroci injuria verbali affecte-

fecerit, grave damnum rebus ipsius intulerit, &c. (quæ omnia *Id. in §. hoc. nost. & l. fin. C. de rev. donat.* per vocabulum (ingratitude) comprehendunt, etenim eis inferri injuriam, qui suas res in alios contulerunt, nostra jura minime volunt, *hoc. §. vid. Donell. lib. 14. cap. 27. ibique Zilliger. Heig. Schneid. bic. Wesembec. Parat. h. t. num. 7.*) Justissimè donatio revocari poterit.

### Ad §. 4.

17. Annumeratur donationi inter vivos donatio ante seu propter nuptias vocata, ex eo hodiè à Justiniano appellata, quod non modo antè sed & post nuptias constitui, imò constante matrimonio augeri sicuti dos possit. *hoc. §. nostro. l. pen. & ult. C. de donat. ant. nupt.* appellatur aliàs Germanicè *Ein Widerlag gegen Vermachung/oder ein Leibgeding/* propterea, quod hæc, quemadmodum dos à muliere, rursus à viro in compensationem proficiscitur, *d. l. fin. C. d. t. Schn. bic. 3. Vult num. 3* atque admodum frequens hodiè esse solet, præsertim in Saxon. cujus constituendæ ratio & modus ostenditur *ab Heig. bic. num. 7.*

### Ad §. fin.

18. Secundum jus vetus proponitur modus civilis acquirendi domini tertius, qui erat jus accrescendi in servo communi ab unoque dominorum manumisso, etenim sevi manumissi portio accrescebat manumissionem repudianti, quia secundum jus strictum hujus prohibentis socii, quemadmodum & aliàs in re communi conditio prohibentis, melior est, *l. Sabinus 28. Comm. divid. l. id quod de Reg. Jur.* Sed in favore liberatis hoc Justinianus mutavit, *uti text. noster ostendit.* verum aliàs jus accrescendi maximè hodiè in ultimis voluntatibus attenditur nihilominus, quamvis jura servitutum antiquata sint, ibi enim interdum portiones non petentium legata, fidei commissa & hereditates, petentibus accrescunt *de quo*

et t. C. quand. non pet. part. petent. acer. & infra suo loco in §. si et.  
dem res 8. de Leg. dicetur commodius.

### Ad tit. 8. princ.

19. Dominio consecuto in est effectus ut liberè de re.  
sua quis disponere possit *l. in re mandata. 21. C. mandati.* modò  
se ad præscriptum juris formam referat, etenim jus liberam ad-  
ministratiōem permittens, intelligit quæ Reipubl. non noci-  
va, §. 3. *supra de his qui sunt su. vel al. jur* ut in prodigis &c. ap-  
paret, tunc si quidem amplius non administratio, sed perditio  
est, *Vult. in princ. hic.* Deinde, quamvis quidem animum non  
habeat quis, ut perdat res, tamen quoque interdum, si in con-  
sulta & promiscua alienatione Reipubl. damnum eventurum  
est, restringitur administratio, quaratione, uti ex præsentī ti-  
tulo apparet, quibusdam propter imbecille iudicium aliena-  
tio bonorum interdicitur, quibusdam vero licet non domi-  
nis, ut suum consequantur, conceditur, *Heigius ad Rub. hic.*  
*num. 7. & 8.*

20. Exemplum primum restrictæ administratiōis &  
alienationis proponitur in reb. dotalibus, etenim quamvis  
maritus dominus dotis sit, (civiliter sc. ad eos effectus, ut ejus-  
modi rebus tanquã suis uti, vindicarique possit, *l. dote ancillam*  
*C. de R. J. l. 3. C. de jur. dot. Donell. lib. 14. cap. 4.* nihilominus  
tamen alienatio illarum rerum omninò adempta est ipsi, etiam  
si mulier consentiat, cum hæ plerumque adversus proprium  
commodum laborare soleant, tum quod propter fragilitatem  
sexus, facillè mariti persuasionib. vel minis eò flecti possint,  
*per pr. hic. Wes. Parat. de jur. dot. n. 6.* Reipubl. autem interest  
salvas mulierib. esse dotes, *l. 2. de jur. dot.* Distinguendum ta-  
men inter res æstimatas & in æstimatas, illæ cum consensu  
mulieris à marito alienari non prohibentur, etenim hoc modo  
res in dotem datæ, propter mentionem pretii adjunctæ, venditæ  
q. præsumuntur, ideoque maritus saltē pretij debitor efficitur,  
*l. unic. §. cum lex. 15. C. de rei uxor. action. l. plerumque 10.*  
*§. 4. de jure dotal. l. quoties. 5. C. eod. Cujac. lib. 17. observ. 1. Heig.*  
*hic.*

*hic. num. 9.* Hæc vero ut dictum minimè alienantur etiam si juramentum uxoris accedat, quia lex resistit. De jure tamen Canon. juramentum servare oportet, per *c. cum conting.* 28. de *jurejur. Wesemb. Parat. defundò. dotal. num. 6.* quod consultius Dd. putant, si apud judicem coram fide dignis testibus, juramentum recipiatur, ad excludendum metum reverentialem, quo aliàs mulier marito consensisse præsumi faciliè potest, *Heig. hic. n. 15. Schneid. n. 8.*

21. Pecunia in dotem vero datâ, ac ex illa fundus si comparatus fuerit, dotalis aliter non efficitur nisi nomine mulieris vel ipsius consensu emtus, *l. 21. de pact. dotal. l. 26. de jure dotal.* etenim interest mulieri dotem salvam permanere, aliàs comparato fundopro pecunia dotali mentione mulieris omiſsa pro dotali non habetur, nisi marito non solvendo existente, *Cujac. lib. 5. obs. 29.*

### *Ad §. 1.*

22. Alterum exemplum ponitur in Creditore, qui licet dominus non sit, vel expactione vel legis dispositione pignus distrahere potest, §. *hoc nostro. l. 4. de pign. action.* quandoque pactum adjicitur de non alienando pignore, quod tamen non eo respicit, quod omninò non pignus distrahere liceret, sed si ter interpellatus fuerit & cessaverit, quoq; valebit distractio. *d. l. 4. & l. 4. C. de pig. dist.* etenim aliàs ejusmodi pactum contrariaretur substantiæ pignoris, quod tamen vix recipitur per *l. precario. 12. de prec. l. ubi. 15. de donat. Caus. mort. Wesembec. Parat. de dist. pign. num. 4.* Cupientibus autem jus domini impetrare post trinam denunciationem adhuc biennium expectandum est, *l. fin. §. 1. C. de jur. dom. impet. Don. de pign. cap. 10. Heigius. hic. num. 13. D. Arumæ. exerc. 12. thes. ult.*

### *Ad §. 2.*

23. Tertio, restricta administratio ex pupilo relucet, qui, cum ipsius consilium & ætas infirma sit, sine tutoris aucto-

ritate nil gerere neque mutuum pecuniam dare potest, *textus est hic. l. pupillus 11, de acquir. rer. dom. l. obligari. 9. de aut. tutel. l. pupillo. 15, de solut.* etenim sine auctoritate tutoris conditionem suam deterioreminimè facit. *in princ. sup. de aut. tut.* Nihil ergo faciet mutuū data pecunia, cum potestatem alienandi neque per se transferendi dominii, habet, quod tamen in mutuo requiritur *l. 2. §. 2. ff. de R. C. Infra. in princ. quib. mod. re cont. obl.* unde nummi si adhuc extent vindicantur, *§. hoc nostro,* bona fide autem si consumti fuerint, aliquo modo mutuum conciliatum videtur, *hic. l. 12. de R. C. l. interdum. 29. de cond. indeb. Cujac. lib. 3. obser. 29.* Secus est in mala fidei accipiente, etenim mala fides similis hinc habetur possessioni, quare ad exhibendum agi potest, *vid. Cujac. dist. obser. 29. Schneid. hic. 4.*

24. Idem iudicium de minore pubere, is, si curatorem habeat, citra consensum curatoris nihil alienare potest, *l. 3. C. de rest. in integr. & quamvis accedat consensus, attamen, nisi vel iusta alienandi causa adfuerit, decretumque magistratus accesserit, alienatio rerum immobilium non valebit, l. 1. ff. t. t. de reb. torum qui sub. tut. vel cur. l. t. C. de præd. & sal. reb. min. fin. decr. non al. l. lex. quæ. 22. C. de adm. tut. quod ad res præciosas mobiles Vult. hic. num. 4. & possessionem extenditur, l. 5. §. 2. de reb. cor. qui sub. tut. Barthol. in repet. l. creditores. 3. q. 1. princ. sub. n. 5. C. de pign. & hyp. & alij.*

### *Ad §. ex contrario fin.*

25. Porro dicendum, cum pupillus alienare non poterit seposita auctoritate Tutoris, utique quoque, *ut hic. est text.* ipsi pupillo solvere licebit minimè, quia liberatio species quædam alienationis perhibetur, *l. 1. in fin. quæ in fraud. cred. ut.* autem creditor pupilli plenissimam consequitur libertatem, tutius est, adhibere iudicis decretum, *text. est. hic. l. Sancimus 25. C. de adm. tut.* tunc si quidem quamvis pupillus de perdat pecuniam, vix gaudebit restitutione in integrum, quæ tamen contingeret, adhibita auctoritate tutoris, omiſsa vero iudicis,  
*l. 1. l.*

*l. Lucius. 46. §. tutela. 5. de adm. & peric. tut. Heig. hic. num. 5. & alij.*

### *Ad tit. 9. princ.*

26. Vidimus huc usque partim de modis acquirendi domini, partim de ejus effectu, administratione scilicet rerum acquirarum, nunc quoque dispiciendum venit, per quos acquirere potest ac licet; Illud jam fit, aut per nosmet ipsos, aut per homines nostro juri subjectos, aut extraneos, *in pr. hic. i. e.* aut immediate in propria persona, aut mediate nimirum per alios, *Vult. hic. num. 1.* etenim commodè hoc receptum est, quia interdum principales personæ agere aut contrahere nequeunt, ut vicaria aliorum opera uti liceat, *Heig. hic. num. 1.* hoc modo enim fit, ut tanquam per organum quoddam sive instrumentum, non modo dominium, *de quo in §. 1. & seqq. hic. possessio, §. 4. & 5. l. 1. §. 3. 4. & seqq. de acquir. possess.* Sed obligatio acquiratur. *Infra per quas pers., nob. acquir. oblig.*

### *Ad §. 1.*

27. Qui potestati nostræ subjecti sunt, illi sunt vel filii f. vel servi; Filii familias qui diversa peculia possident, diverso quoque modo parentibus acquirunt, Peculium autem dicitur parva sive pusilla pecunia, quam filii f. vel servi expressa vel tacita voluntate parentis seu domini, separatam habent, à rebus paternis vel dominicis *l. peculij. & l. seq. §. pen. & ult. l. sed si. 9. §. 2. de pecul. Wesemb. Parat. eod. t. num. 3. Vult. hic. num. 6.* estque ratione filiorum f. vel paganicum vel militare: Illud profectitium & adventitium. hoc, castrense, vel quasi castrense, *l. ult. C. de in offic. testam. Donell. lib. 9. c. 5. Schneid. supra de patria pot. num. 41. Vult. d. loc. num. 7. & 8. profectitium filio non acquiritur, §. 1. hic. ne quidem momento remanet in filio, l. placet. 79. de acquir. vel omit. hered. quare nec donatio à patre filio facta nulla est l. 1. §. 1. pro donat. Donell. d. loc. etenim in profectitiis & iis reb. quæ à patre vel occasione ejus*

ob

obveniunt filio, ipsius vox patris vox censetur, §. 5. *Infra de in-  
util. stip.* quid de remuneratione dicendum, *post alios plures, vid.  
Hilliger. Donell. d. lib. 9. cap. 5. lit. d.* In adventitiis quoque  
(quod scilicet aliunde filio obvenit, sive labore ipsius, sive alterius  
liberalitate, l. 5. §. si pater. 11. *de jur. dotal. l. cum oportet. 6. C.  
de bon. quæ lib. & §. 1. hic.*) jure veteri vel *ff. eorum non minus*  
juris in acquisitione erat, & quod *Imp. in l. 1. & 2. C. de bon. mat.*  
in bonis maternis statuerunt, scilicet ut horum ususfructus tantum  
patri acquireretur, id Justinianus ad omnia bona adventitia  
extendit. *l. fin. C. de bon. quælib. & §. hoc nostro.* nisi quædam  
à principe ipsi donata fuerint, hæc enim pleno jure filio acqui-  
runtur. *l. cum 7. C. d. f. Don. lib. 9. c. 5.*

27. Castrense peculium quod filius sive in castris vel ex-  
tra castra per causam militiæ acquisivit, & quæ castrense, quod  
in togata militia obvenit, pleno itidem jure ad filium pertinet  
*l. cum oportet. C. d. t. l. si quis 20. C. de Episc. & Cl. §. fin. Infra  
de test. milit. l. cum 7. C. de bon. quæ lib. l. 14. C. de adv. divers.  
jud. mortuo autem filio pater, non jure hereditario, sed singu-  
lari peculii, ad patrem devolvitur l. 2. l. 9. de castrens. pec.  
Heigius hic. num. 7. nisi extant liberi, qui naturali ratione præ-  
feruntur. *Wesemb. Parat. de castrens. pecul.**

### Ad § 3.

29. Servi sunt vel proprii, vel usufructuarii, vel bona  
fide possessi: Servi proprii quicquid ex justa causa acquirunt,  
statim acquirunt domino ignorantj & invito, *h. §. nostro supra*  
*§. 1. de his qui sunt su. vel al. jur. l. acquiritur. 10. §. 1. l. etiam 32. de  
acquir. dom. etenim cum servi pro nullis habeantur l. 32. d. Reg.  
Jur. ne momento quidem jus ab illis acquisitum in persona  
illorum subsistit l. placet. 79. de acquir. her. in effectu autem  
domino invito nihil acquiritur, cum postea acquisitum repu-  
diari ab dominis potest, per l. pen. C. de pact. Giphani. hic. Sunt  
quoque quidem casus in quibus, & quo ad initium dominis invi-*




...is nihil acquiritur, ut hæreditas. quæ non nisi scienti & jubenti  
acquiratur hoc §. nostro l. qui aliena & in pr. de acquir. hered.  
l. si quis 25. §. iustum. eod. ut scilicet dominus ære alieno obligetur  
præter ipem, etenim interdum hæreditates multa solent susti-  
nere onera, d. l. 6. de acquir. hered. de alijs vide Donell. lib. 9.  
sap. 6. Heigius hic. num. 6.

30. Servi usufructuarij & bona fide possessi, idem enim  
est iudicium in his duobus; non in solidum, sed tantum ex parte  
dominis acquirunt, nimirum quod ex re illorum scilicet domi-  
norum, acquirunt, cedit ipsis, sic quod operis suis consequun-  
tur *servi dominus habebis*, hoc §. nostro. ut us enim & fructus  
servorum, maxime in operis consistit l. ancillarum 27. de hered.  
per. Unde si ex alia quadam causa servis quid obvenit, legatum  
vel aliud, proprietario, vel servus putativo si est liber homo ac-  
quiratur, hic. l. liber. 19. l. fructuario. 47. de acq. dom. l. homo  
liber. 54. d. 8. vide Donell. d. lib. 9. cap. 6.

### Ad §. finalem.

31. Tandem videndum qualiter nobis per extraneas  
personas acquiratur, & generaliter verum est, quod per extra-  
neum nobis non acquiratur obligatio *text. est hic. l. solutum.*  
*fr. §. penult. de pign. action. l. cum unus 12. circa pr. de reb. aut.*  
*jud. poss. si. ita 126. §. Chryfogonus de V. Ob.* etenim quæcunque  
geruntur, omnia ex nostra persona origine in de dem trahere  
per l. 11. de O. & A. qua ratione alteri nemo stipulari potest.  
§. alteri *Infra. de V. obl.* propter mandatum tamen excipitur  
procurator, qui non modo scientibus sed & ignorantibus nobis  
acquirat, per *text. hic. l. 1. §. per procuratorem, 20 l. Communis.*  
*42. §. 1. l. possessio. 49. §. ult. de acquir. possess.* non dominium  
quidem, sed tantum possessionem, ex hac enim acquisita do-  
minus consequitur dominium per *text. hic.* modo alienans eo  
scilicet animo tradiderit procuratori, per l. si procurator de Acq.  
dom.

domi Vult. hic. num. 4. Donell. dist. lib. 9. cap. 7. de reliquis per-  
sonis vide Schneid. hic. •



## Coronidis loco has quæ- stiones adjicio

I.

**AN** æquitas stricto juri sit præferenda?  
aff.

II.

**AN** judex secundum ea quæ allegantur  
& probantur in judicio, an secun-  
dum ea quæ scit ut privatus, judica-  
re debeat? prius aff. post. neg.

III.

**AN** illiterati & juris imperiti judices esse  
possint? Neg.

IV.

**AN** verum sit plebeiorum germanicum  
*πολυθρύλλον.*

**Die Juristen/sind böse Christen?** Neg.

V.

**AN** sponsa de adulterio possit accusari?  
aff. Fcc-

**VI.**  
Fœmina seu mulier raptens masculum,  
perinde atque masculus virginem  
rapiens L. unicæ C. de Rapt. Virgind.  
pœnæ subjicienda est.

**VII.**  
Pœna adulterii omnes plectuntur meri-  
tò, si plures cum uxore viro cohabi-  
tante, diversis locis ac temporibus  
rem habuerint, quamvis quoque  
probabiliter disputetur, an primus,  
an nullus plectendus sit?

**VIII.**  
Sicuti propter adulterium, ita propter of-  
culum dote mulier privari vix po-  
test, quamvis distinguatur inter oscu-  
lum humanitatis & luxuriæ.

---

**Ad Præstantis. Dn. Resp.**  
Schedium.

*Ecce! ut artas pridem dimissus ab ulnis  
Lipiacz Sophies ulnis penis oq̄ recessis  
Nunc*

Nunc Themidos penetrat celebratam Suvopi  
pulsant aulam

Hic, ubi, qui Baldos aequans veteresq; dy-  
nastas

Ad Diva sellam disponunt jura curulem

Filurea quidem juveni cunabula juris

Monstravit: Salana sed hac majoribus ausis

Excolit alta-crepantem animum atq; ea so-  
la volentem

Qua pulchris patria divergant usibus olim.

fallor? an hic qui absque tuis, dea tertia nexu

Appetit ambaru, Dea divite prae diti dote

Formae & fortuna, Dea comata, venusta, pu-

dicam? mihi, tuum est, hic tunc conjuvibus

Cetera vis dicam? metuo ne! ut transfuga

fias.

Tu modo, quod reliquum est Suvopi pra-

sentibus in sta

Perge adamare Themin, cujus complexibus

Dimissum excipiet Venus, & per florida du-

Rura Paphi digna mactabit copare lecti

Sicq; invidenda claudet Dea tertia trigam

festina manu P.

M. Joan. Otto Thabor.